

*Ad 1. Aug.*<sup>35</sup>: Victoriae, Victoriae | Virgini in Palatio<sup>36</sup>. Spei in | Foro Holitorio<sup>37</sup>. Fer. ex [s. c.] | q. e. d.<sup>29</sup> imp. Cae[sar Aug. rem publicam tristissimo periculo liberavit]<sup>38</sup>.

*Prope Praeneste rep. fragmenta magnarum tabularum marmorearum, quibus fasti anni Iuliani incisi erant, pleraque, pertinentia ad menses Ian. Mart. Apr. Dec., prodierunt a. 1774 loco dicto le Quadrelle plus mille pass. a Praeneste meridiem versus, quo adlata esse videntur aetate labente aedis christianae exstruendae causa, alia prodierunt aliis locis agri Praenestini (cf. not. 9. 55), unum (cf. not. 15) eo loco ubi videtur fuisse forum Praenestinum temporibus imperatorum: omnia pertinuerunt ad fastos quos Verrius Flaccus, celeberrimus grammaticus temporum Augusti, 'a se ordinatos' Praeneste in foro in hemicyclo quodam 'marmoreo parieti incisos publicat' (sic Suet. de gramm. c. 17), cf. quae contra dubitationes Hirschfeldi Herm. 9, 1875 p. 405 exposuit Vahlen ind. lection. Berol. 1877/8 p. 4 seq. (fragmenta pleraque edidit a. 1779 Fogginus, omnia praeter duo recens reperta, cf. not. 15. 55, Mommsen CIL. 1 ed. 2 p. 251—259: nos hic omnia ipsa dierum serie adnotationes tantum selectas repetivimus). — 1) Cf. Ovid. fast. 1, 291, 2) Liv. 54, 55, 7. — 3) Macrob. sat. 1, 15, 40. — 4) Liv. epit. 47, Cassiodor. chron. ad a. 601. Cf. Momms. Chronologie p. 405. — 5) Cf. CIL. 1 ed. 2 p. 289. — 6) Cf. Verr. Flacc. ap. Gell. 5, 17. Liv. 6, 1 fin. — 7) Scr. convocari. — 8) Macrob. sat. 1, 16, 14. — 9) Haec fastorum particula saec. XVI exeunte Praeneste descripta est (incertum ubi reperta), neque postea unquam comparuit. Ad mensem Febr. relata est collato Ovidio (not. 12). — 10) Liv. 22, 55, 8. — 11) A. u. c. 752. — 12) Ovid. fast. 2, 127, ex quo de mense constat. Cf. praeterea supra ad N. 96. — 13) Frustulum rep. a. 1904, recte ad diem Quirinalium relatum ab editoribus Sbardella et Marucchi (Notizie degli scavi 1904 p. 595). — 14) Ovid. fast. 2, 477. Fasti Polemii Silvii (a. 448/9) ad d. 17. Febr.: Quirinalia, quo die Romulus occisus a suis (Qui. ab hasta quae a Sabinis curis vocatur) non apparuisse confictus est. — 15) Festus p. 254 s. v. Quirinalia, cet. (Marquardt Staatsverw. III 197). — 16) Supplevit Hirschfeld CIL. 1 ed. 2 p. 286. — 17) Scr. ei. — 18) Ovid. fast. 5, 247. Paulus Festi p. 147 M. s. v. Martias calendas. — 19) Res ignota. — 20) Tubilustrium (cf. fast. Maffeian.). — 21) Cf. Varro l. L. 6, 14. Festus p. 352. — 22) Cf. Peter hist. Rom. fragm. p. 126. — 23) Ludi Matris deum magnae Ideae. Cf. fasti Maffeian. ad d. 4. Apr. (p. 989); Marquardt Staatsv. III<sup>2</sup> p. 367. 501. — 24) Cf. Gell. 2, 24, 2. 18, 2, 11. — 25) Cf. Ovid. fast. 4, 555. — 26) Cf. Liv. 29, 14, qui etiam diem habet. — 27) Scilicet Matris deum. — 28) Ovid. fast. 4, 575; Momms. C. I ed. 2 p. 315. — 29) Feriae quod ea die. — 30) Ovid. fast. 4, 580. — 31) Act. Arval. sub d. 25. Apr. a. 58; Tac. (not. 52). — 32) Tac. a. 5, 64 (ad a. 22): cum haud procul theatro Marcelli effigiem divo Augusto Iulia dicaret, Tiberi nomen suo postscripteral. — 33) Haec alia manu addita, circa annum 22 (cf. not. 52). — 34) A. u. c. 727. Haec quoque postea addita, imperante Tiberio. Ipsos fastos et plerasque adnotationes vivo Augusto incisas esse passim apparet, cf. sub d. 5. Febr., ante a. ut videtur 765, cf. CIL. 1 ed. 2 p. 206. — 35) Frustulum quod proditit a. 1897, uliquantum ab oppido occidentem versus, longe a 'le Quadrelle' (Gatti Notizie degli scavi 1897 p. 421). — 36) Cf. Liv. 55, 9, 6. — 37) Fasti frat. Arv., Vallens. fasti (CIL. 1 ed. 2 p. 214. 240). Cf. Liv. 21, 62, 4, cet. — 38) Haec suppleta ex fastis Arvalium et Amiterninis (significatur victoria de Antonio; in fastis Antiatibus est Aug. Alexan. recepti).*